SAMUELIS L. B. DE COCCEII,

SUMMI REGNI BORUSSICI CANCELLARII,
Miniſtri Status intimi, & Aquilæ Boruſſicæ Equitis, Hæreditarii in Wuſſeken, Repko, Kleiſt, Laas, cet.

INTRODUCTIO AD HENRICI L. B. DE COCCEII GROTIUM ILLUSTRATUM,

CONTINENS

DISSERTATIONES PROŒMIALES XII.

In quibus Principia Grotiana circa Jus Naturæ, per totum Opus diſperſa, ad juſtam methodum revocantur, mens GROTII, obſcura ſæpius, ex ipſo GROTIO illuſtratur, & defectus circa ejus Principia notantur.

DUODECIMA DISSERTATIO exhibet Authoris

NOVUM SYSTEMA

Juſtitiæ Naturalis & Romanæ; in quo univerſum Jus Romanum nova methodo ad artem redigitur.

LAUSANNÆ,
Sumptibus MARCI-MICHAELIS BOUSQUET, & Sociorum.

MDCCLIX.

HUGO GROTIUS
DE JURE
BELLI AC PACIS
CUM NOTIS VARIORUM,

ET

COMMENTARIIS
HENRICI DE COCCEII,
NEC NON

INTRODUCTIONE SAM. DE COCCEII
HENRICI FILII.

OPUS QUINQUE VOLUMINIBUS
abſolutum.

PRÆFATIO.

ANTEQUAM *Commentarium ipſum in ſummi Viri* HUGONIS GROTII *libros* de Jure Belli, & Pacis *aggrediar, & Animadverſiones tum* B. PARENTIS, *tum* meas, *in divinum illud opus in publicum producam, operæ pretium eſſe, duxi,* Diſſertationibus *quibuſdam* procœmialibus *Principia* GROTII *clara, & perſpicua legentibus reddere, ejuſque mentem, obſcuram ſæpius, illuſtratam ob oculos ponere.*

§. 2. *Fateri enim neceſſe eſt, difficillimum intellectu hoc opus, nec hactenus ab ullo interpretum ſatis illuſtratum fuiſſe. Cauſas hujus difficultatis duas deprehendi:* 1. *quod* GROTIUS *plures* Juris univerſalis *ſpecies effinxerit, atque his ſpeciebus nova nomina impoſuerit, ſimulque definitiones excogitaverit, quæ ante Grotium vel plane cognitæ non fuerunt, vel non eo, quo ipſe intellexit, ſenſu:* 2. *quod ſpecies illas, illaque principia* Juris univerſalis, *nullibi ſatis explicaverit, ſed obiter ſaltem ea tetigerit; in proceſſu autem demum vel rationes, vel exceptiones, vel limitationes præmiſſorum principiorum expoſuerit.*

§. 3. *Id igitur incredibili opera, & labore egi, ut ſingulas jurium ſpecies, a Grotio propoſitas, collectis undique ex toto opere concluſionibus, limitationibus, & exceptionibus, uno obtutu tibi exhiberem; & Grotium ex ipſo Grotio explicarem.*

§. 4. *Duplicem autem uſum hujus operæ exſtiturum, confido:* 1. *quod opus hoc difficillimum, explicatis ita principiis, facillima ra-*

tio-

DISSERTATIO
PROŒMIALIS I.
DE JURE NATURÆ SOCIALI,
AD HUGONIS GROTII LIBROS
DE JURE BELLI AC PACIS.

Præcipue

Ad Prolegomena §. VI. VII. VIII. & *ſeq.*

Item

Ad Lib. I. Cap. I. §. III. IV. V. VI. X. & *ſeq.*

Ubi Syſtema GROTII *de Jure Naturali* proprie, & ſtricte ſic dicto explicatur, dubia, quæ circa hoc Syſtema occurrunt, proponuntur, ſimulque demonſtratur: Doctrinam GROTII *de Jure Naturæ pro certo Rerum ſtatu* nullum in diſciplina Juris Naturalis uſum habere.